

*17. Instrumentum venditionis di
Michele de Offina in favore di
Roberto de Manfredo, detto Bellibono*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*17. Instrumentum venditionis di
Michele de Offina in favore di
Roberto de Manfredo, detto Bellibono*

1291-01-22

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo primo, regnante domino nostro Charolo secundo Dei gratia gloriosissimo rege Hierusalem, Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, Andesenie, Provincie et Forcalquerii comite, regnorum eius anno septimo feliciter amen, mense ianuarii vicesimo secundo eiusdem, quarte inditionis.

1

In presentia Nicolai de Muro regii iudicis Potentie et testium subscriptorum, Michael de Offina, civis et habitator Potentie, vendidit et tradidit Roberto de Manfredo ditto Bellibono, civi et habitatori eiusdem terre, petiam unam terre sitam in tenimento Potentie in contrata Malemulieris, his finibus circumdatam: ab uno // (c. 256r) latere <sunt> terre ecclesie Santi Michaelis; a secundo latere tenet Iacobus de Bigio; a tertio latere tenet idem Robertus; a quarto vero latere est via publica. Hanc autem petiam terre, qualiter est prescriptis finibus circumdatam per designata latera quatuor, una cum omnibus aggressionibus et ingressiobus suis ditto Roberto vendidit et tradidit, ut dittum est; pro qua recepit ab eo nomine pretii tarenos auri quatuor, totum videlicet pretium ipsius venditionis. Quapropter dedit et tradidit tam ditto Roberto quam suis heredibus liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi necnon et quocumque modo voluerint alienandi predittam petiam terre; insuper repromisit ei et suis heredibus eam defendere et guarentire contra omnes homines qui eum vel heredes suos de preditta petia terre aliquo tempore contravenerint vel eam sibi deinceps calumniati
Così S per Andegavie

fuerint seu per quodlibet ingenium eam ab eis repetere vel subtrahere quesierint aut eam eis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supra dictum est, voluerint more iudiciorum, debeant componere viginti augustales auri nomine pene, medietatem dicto Roberto vel suis heredibus et alteram medietatem regali curie, predicta venditione nihilominus rata perpetuo permanente; preterea quadam ei dedit et fideiussorem de evitione ei posuit se ipsum.

2

3

Et taliter ego Ioannes de Gun(n)ella puplicus Potentie notarius de mandato // (c. 256v) contrahentium predictorum hoc instrumentum venditionis scripsi quia interfui et meo signo signavi. Ego Nicolaus de Muro regius iudex Potentie qui supra † Ego Bernardus de Falcone interfui † Ego Iacobus de Galvati interfui † Ego Rogerius de Odone interfui † Ego Iacobus de domino Tasur(o) interfui Ego Girardus Salviotta testis interfui Ego Laurentius de Lacupensuli testis interfui

Così S per egressionibus

Così S per noluerint